Ad
Doctiſſ. hujus Diſputationis Autorem
DN. ANDR. ELERS,
Auditorem, Inquilinum, & Conſalinum,
nec non
Reſpondentem hodie meum ſemper
dilectiſſ.

Magnæ molis erat, valide ſacra condere jura.
addere ſed pondus maxima cura fuit.
Præſtitit id mandans Eccleſia, juret ut omnis,
publica qui in Templo munera rite capit.
O quam firma ſubit, quam juſta ligamina, qui ſe
obligat his, toto pectore & ore, modis!
Idque hic demonſtras docto ſermone; Quid inde
Patria quidque Pater ſperet, Amice, Tuus?
Fallor, an ipſe ſacra juratus in æde Miniſter
Evades, Patriæ delicium atque Patris?

D. VAL. ALBERTI.

Ingeniis raris oſtentas dotibus auctum,
Quod quemvis præſens pagina docta docet.
Utere conceſſis, ſic vult Deus, utere donis,
Multa cies patriæ gaudia, multa Patri.

Pereximio & Nobiliſſ. Diſput. hujus Aut. Amico hactenus meo & Auditori honoratiſſ. dilectiſſ. de egregio eruditionis ſpecimine gratulatus, ſimulque ulteriores ingenii nobiliſſ. à Clemente Deo conceſſi fructus feliciſſimos comprecatus bono omine ſcribebam,

M. JOHANNES Günther/ SS. Theol. Baccal.
& Diaconus ad D. Thomæ.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn353452025/61
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG